fero qđ his tēporib⁹ litteræ mihi uestræ redditæ sint: qb⁹ iam aliis fidem dederam. Hãc uero inuiolata ut præstem: & ipse cogor: & uos idētidē uelle non dubito. Qđ si tēpestiue uestræ ad me litteræ aduolassent: essem profecto desiderio uestro incredibili meã cum uoluptate obsecutus. Ornassemq; uestram istã splendidissimã iuuentutē pro uirili pte non modo eloquendi: sed etiã uiuendi laudatissimis artibus. Quoniã igitur honestatem causæ intelligitis ignoscite mihi: si minus hac in re expectationi uestræ respõderim. Valete ex Sena idibus septēbrib⁹. M.cccc.xxxviij.

Franciscus Philelfus Senatui & populo bononiensi sal.

INgratus certe sim: si tota uobis & litteris & nũciis inuitatus: ut pulcherrimis & amplissimis propositis præmiis apud uos annuũ oratoriæ: ac philosophiæ tradēdæ mun⁹: q̃ apud alios hac tēpestate obire malim: ingratus sim inq̃ ac summope accusandus: si min⁹ uobis in amore respondero. Animaduerto eñ non sine incredibili quadam beniuolētia aduentũ uos meũ tam mirifice cupere. Nõ eñ is sum: cuius in urbem uestrã aduentu accessio ulla nobilissimo laudatissimarũ omniũ artiũ disciplinarumq; gymnasio isti uestro fieri queat. Sed quantum intelligere cõiectura possum: meã ergo uos uestraq; rep. pietate: uel ex eo usq; tēpore uobiscũ repetitis: quo iam anno undecimo & ampli⁹ primũ Bononiæ docui. Ac profecto nihil in hanc diē mihi bononia gratius: nihil iucũdius uisum ē. Nec me reces hæc inuasit opinio. Idētidē eñ iudicaui semper. Sed reip. isti⁹ uestræ uæhemētiores pcellæ: turbulētissimiq; fluct⁹ (qui p id tēporis cõtinuo sũt secuti) inuitum me istinc renitenteq; eiecerũt. Verent musæ naufragiũt quietē amati oderũt tēpestate ac fragore oem. Quaobre cũ pacata uos rep. tranquillaq; ciuitate uti intelligo: & uestræ gratulor: & meæ lætor fœlicitati. Habeoq; immortali deo sempiternas gratiasq; meis de uobis optatis fortuna tandem respõderit. Quæ res facile me induxit: ut uestro desiderio satisfaciã. Propediem igitur ad uos ueniam ea animi sententia: ut futur⁹ tam diu apud uos sim: quoad

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0064
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG